

Stefan Biskupski

Kodeks Prawa Kanonicznego

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 1/1-2, 5-28

1958

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

D O K U M E N T Y

KODEKS PRAWA KANONICZNEGO

Redakcja kwartalnika „Prawo Kanoniczne”, pragnąc przyczynić się do szerszego i dokładniejszego poznania źródeł prawa kościelnego, w niniejszym dziele drukować będzie pełny tekst Kodeksu Prawa Kanonicznego w języku łacińskim i równoległe w polskim tłumaczeniu, dokonany przez ks. prof. dra Stefana Biskupskiego, dziekana Wydziału Prawa Kanonicznego.

LIBER PRIMUS

KSIĘGA PIERWSZA

Normae generales

Normy ogólne

Can. 1. — Licet in Codice iuris canonici Ecclesiae quoque Orientalis disciplina saepe referatur, ipse tamen unam respicit Latinam Ecclesiam, neque Orientalem obligat, nisi de iis agatur, quae ex ipsa rei natura etiam Orientalem afficiunt.

Kan. 1. — Chociaż Kodeks Prawa Kan. omawia często także i karność Kościoła Wschodniego, dotyczy wszakże jedynie Kościoła Łacińskiego i nie obowiązuje Wschodniego, chyba że w sprawach, które z natury rzeczy odnoszą się także i do Wschodniego.

Can. 2. — Codex, plerumque, nihil decernit de ritibus et caeremoniis quas liturgici libri, ab Ecclesia Latina probati, servandas praecipiunt in celebratione sacrosancti Missae sacrificii, in administratione Sacramentorum et Sacramentalium aliisque sacris peragendis. Quare omnes liturgicae leges vim suam retinent, nisi earum aliqua in Codice expresse corrigatur.

Kan. 2. — Kodeks nie postanawia przeważnie niczego o obrzędach i ceremoniach, których zachowanie nakazują księgi liturgiczne zatwierdzone przez Kościół Łaciński przy odprawianiu Mszy św., szafowaniu sakramentów i sakramentaliów oraz innych czynności świętych. Dlatego wszystkie prawa liturgiczne zachowują swoją moc, chyba że Kodeks niektóre z nich zmienił wyraźnie.

Can. 3. — Codicis canones initas ab Apostolica Sede cum variis Nationibus conventiones nullatenus abrogant aut iis aliquid obrogant; eae idcirco perinde ac in praesens vigere pergunt, contrariis huius Codicis praescriptis minime obstantibus.

Can. 4. — Iura aliis quaesita, itemque privilegia atque indulta quae, ab Apostolica Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, in usu adhuc sunt nec revocata, integra manent, nisi huius Codicis canonibus expresse revocentur.

Can. 5. — Vigentes in praesens contra horum statuta canonum consuetudines sive universales sive particulares, si quidem ipsis canonibus expresse reprobentur, tanquam iuris corruptelae corrigantur, licet sint immemorabiles, neve sinantur in posterum reviviscere; aliae, quae quidem centenariae sint et immemorabiles, tolerari poterunt, si Ordinarii pro locorum ac personarum adiunctis existiment eas prudenter subverteri non posse; ceterae suppressae habeantur, nisi expresse Codex aliud caveat.

Can. 6. — Codex vigentem huc usque disciplinam plerumque retinet, licet opportunas immutationes afferat.

Itaque:

1-o, Leges quaelibet, sive universales sive particulares, praes-

Kan. 3. — Kanony kodeksowe w niczym nie usuwają ani nie zmieniają umów Stolicy Ap.; nie przestają one przeto obowiązywać nadal, bez względu na sprzeczne z nimi przepisy niniejszego Kodeksu.

Kan. 4. — Prawa przez innych nabyte, przywileje a także indulty, udzielone przez Stolicę Ap. aż do tego czasu osobom fizycznym lub moralnym, jeżeli są w użyciu i nie zostały odwołane, pozostają nienaruszone, chyba że przez kanony niniejszego Kodeksu są wyraźnie odwołane.

Kan. 5. — Obowiązujące dotąd zwyczaje, powszechne czy partykularne, przeciwne postanowieniom niniejszych kanonów, jeżeliby przez kanony były wyraźnie potępione, to, chociażby pochodziły od niepamiętnych czasów, należy je odrzucić jako nadużycie prawa i nie mogą na przyszłość odżywać; inne, gdyby były stuletnie i od czasów niepamiętnych, mogą być tolerowane, jeżeliby ordynariusze, odpowiednio do okoliczności miejsca i osób, uważali roztropnie, że nie można ich usunąć; resztę należy uważać jako zniesione, jeżeli Kodeks wyraźnie nie postanawia inaczej.

Kan. 6. — Kodeks, chociaż wprowadza konieczne zmiany, w zasadzie obowiązującą dotąd naukę zachowuje.

Tak więc:

1-o. Wszystkie prawa, powszechne czy partykularne, sprzecz-

criptis huius Codicis oppositae, abrogantur, nisi de particularibus legibus aliud expresse caveatur;

2-o. Canones qui ius vetus ex integro referunt, ex veteris iuris auctoritate, atque ideo ex receptis apud probatos auctores interpretationibus, sunt aestimandi;

3-o. Canones qui ex parte tantum cum veteri iure congruunt, qua congruunt, ex iure antiquo aestimandi sunt; qua discrepant, sunt ex sua ipsorum sententia diudicandi;

4-o. In dubio num aliquod canonum praescriptum cum veteri iure discrepet, a veteri iure non est recedendum;

5-o. Quod ad poenas attinet, quarum in Codice nulla fit mentio, spirituales sint vel temporales, medicinales vel, ut vocant, vindicativae, latae vel ferendae sententiae, eae tanquam abroga-

6-o. Si qua ex ceteris disciplinariis legibus, quae usque adhuc viguerunt, nec explicite nec implicite in Codice contineatur, ea vim omnem amisisse dicenda est, nisi probitis liturgicis libris reperiat, aut lex sit iuris divini sive positivi sive naturalis.

Can. 7. — Nomine Sedis Apostolicae vel Sanctae Sedis in hoc Codice veniunt non solum Romanus Pontifex, sed etiam, nisi ex rei natura vel sermonis contextu aliud appareat, Congregationes,

ne z przepisami niniejszego Kodeksu, są zniesione, chyba że co do praw partykularnych wyraźnie zarządzone inaczej;

2-o. Kanony, które podają w całości prawo dawne, należy oceniać powagą prawa dawnego i dlatego według interpretacji uznanych autorów;

3-o. Kanony, które tylko częściowo zgodne są z prawem dawnym, należy oceniać według prawa dawnego o ile są z nim zgodne; o ile się różnią, należy oceniać według własnego ich brzmienia;

4-o. W wątpliwości, czy jakiś przepis kanonu różni się od prawa dawnego, nie należy odstępować od prawa dawnego;

5-o. Co się tyczy kar, o których Kodeks nic nie wspomina, bez względu na to, czy są one duchowe lub doczesne, wychowawcze lub jak mówią odwetowe, *latae* lub *ferendae sententiae*, należy je uważać jako zniesione;

6-o. Jeżeliby które z praw dyscyplinarnych istniejących dotąd, nie było zawarte w Kodeksie wprost ani ubocznie, należy uważać, że utraciło wszelką moc swoją, chyba że znajduje się w zatwierdzonych księgach liturgicznych, albo pochodzi z prawa bożego, pozytywnego lub naturalnego.

Kan. 7. — Pod miano Stolicy Apostolskiej lub Stolicy św. podpadają w niniejszym Kodeksie nie tylko Biskup Rzymski, lecz, jeśli z natury rzeczy lub kontekstu nie wynika inaczej, także

Trybunalia, Officia, per quae idem Romanus Pontifex negotia Ecclesiae universae expedire solet.

kongregacje rzymskie, urzędy, przez które tenże Biskup Rzymski zwykł wykonywać obowiązki w Kościele Powszechnym.

TITULUS I.

D. legibus ecclesiasticis

Can. 8. — § 1. Leges instituuntur, cum promulgantur.

§ 2. Lex non praesumitur personalis, sed territorialis, nisi aliud constet.

Can. 9. — Leges ab Apostolica Sede latae promulgantur per editionem in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali*, nisi in casibus particularibus alius promulgandi modus fuerit praescriptus; et vim suam exerunt tantum expletis tribus mensibus a die qui Actorum numero appositus est, nisi ex natura rei illico ligent aut in ipsa lege brevior vel longior vacatio specialiter et expresse fuerit statuta.

Can. 10. — Leges respiciunt futura, non praeterita, nisi nominatim in eis de praeteritis caveatur.

Can. 11. — Irritantes aut inhabilitantes eae tantum leges habendae sunt, quibus aut actum esse nullum aut inhabilem esse personam expresse vel aequivalenter statuitur.

TYTUŁ I.

O prawach kościelnych

Kan. 8. — § 1. Prawa się ustanawia, gdy się je ogłasza.

§ 2. Jeżeli nie wiadomo inaczej, przypuszcza się, że prawo jest terytorialne, a nie osobowe.

Kan. 9. — Prawa wydane przez Stolicę Ap. ogłasza się w wydawnictwie *Acta Apostolicae Sedis commentarium officiale*, chyba że w poszczególnych wypadkach nakazany został inny sposób ogłoszenia; obowiązują one dopiero po upływie trzech miesięcy od dnia, który jest datą numeru *Actorum*, chyba że natura rzeczy wymaga natychmiastowego zobowiązania albo w samej ustawie specjalnie i wyraźnie wyznaczono krótsze lub dłuższe spoczywanie.

Kan. 10. — Prawa odnoszą się do przyszłości, a nie do przeszłości, chyba że w nich postanawia się imiennie o rzeczach przeszłych.

Kan. 11. — Te tylko prawa należy uważać jako nieważniące i uniezdalniające, które postanawiają wyraźnie lub jednoznacznie, że czynność jest nieważna albo osoba niezdatna.

Can. 12. — Legibus mere ecclesiasticis non tenentur qui baptismum non receperunt, nec baptizati qui sufficienti rationis usu non gaudent nec qui, licet rationis usum assecuti, septimum aetatis annum nondum expleverunt, nisi allud iure expresse caveatur.

Can. 13. — § 1. Legibus generalibus tenentur ubique terrarum omnes pro quibus latae sunt.

§. 2. Legibus conditis pro peculiari territorio ii subiciuntur pro quibus latae sunt quique ibidem domicilium vel quasi-domicilium habent et simul actu comorantur, firmo praescripto can.

Can. 14. — § 1. Peregrini:

1-o. Non adstringuntur legibus particularibus sui territorii quando ab eo absunt, nisi aut earum transgressio in proprio territorio noceat, aut leges sint personales;

2-o. Neque legibus territorii in quo versantur, iis exceptis quae ordini publico consulunt, vel actuum sollemnia determinant;

3-o. At legibus generalibus tenentur, etiamsi hae suo in territorio non vigeant, minime vero si in loco in quo versantur non obligent.

§ 2. Vagi obligantur legibus tam generalibus quam particularibus quae vigent in loco in quo versantur.

Can. 15. — Leges, etiam irritantes et inhabilitantes, in dubio

Kan. 12. — Jeżeli prawo wyrażenie nie postanawia inaczej, nie podlegają prawom czysto kościelnym ci, co nie zostali ochrzczeni, ani ochrzczeni niespełna rozumu, ani ci, którzy chociaż mają używanie rozumu, ale nie ukończyli jeszcze lat siedmiu.

Kan. 13. — § 1. Prawa ogólne obowiązują wszędzie tych, dla których zostały wydane.

§. 2. Nie naruszając kan. 14, prawom wydanym dla określonego terytorium podlegają ci, dla których są one wydane, mają tam stałe lub czasowe miejsce zamieszkania i zarazem przebywają aktualnie.

Kan. 14. — § 1. Podróżni:

1-o. Nie są związani prawami pa tykularnymi swojego terytorium, jak długo są tam nieobecni, chyba że niezachowanie ich przyniosłoby szkodę na własnym terytorium albo prawa były osobowe;

2-o. Ani prawami terytorium, na którym przebywają, chyba że one służą porządkowi publicznemu lub określają formalność aktów;

3-o. Podlegają jednak prawom ogólnym, choćby one na własnym terytorium nie obowiązywały, chyba że nie obowiązują w miejscu, gdzie oni przebywają.

§ 2. Tułacze są obowiązani do zachowania praw ogólnych, jak i partykularnych miejsca, w którym przebywają.

Kan. 15. — Przy prawnej wątpliwości, nie obowiązują prawa na-

iuris non urgent; in dubio autem facti potest Ordinarius in eis dispensare, dummodo agatur de legibus in quibus Romanus Pontifex dispensare solet.

Can. 16. — § 1. Nulla ignorantia legum irritantium aut inhabilitantium ab eisdem excusat, nisi aliud expresse dicatur.

§ 2. Ignorantia vel error circa legem aut poenam aut circa factum proprium aut circa factum alienum notorium generatim non praesumitur; circa factum alienum non notorium praesumitur, donec contrarium probetur.

Can. 17. — § 1. Leges authentice interpretatur legislator eiusve successor et is cui potestas interpretandi fuerit ab eisdem commissa.

§ 2. Interpretatio authentica, per modum legis exhibita, eandem vim habet ac lex ipsa; et si verba legis in se certa declaret tantum, promulgatione non eget et valet retrorsum; si legem coarctet vel extendat aut dubiam explicet, non retrotrahitur et debet promulgari.

§ 3. Data autem per modum sententiae iudicialis aut rescripti in re peculiari, vim legis non habet et ligat tantum personas atque afficit res pro quibus data est.

Can. 18. — Leges ecclesiasticae intelligendae sunt secundum pro-

wet unieważniająca i uniezdalniająca; w wątpliwości zaś faktycznej, ordynariusz może od nich dyspensować, byleby chodziło o prawa, od których Biskup Rzymski zwykł udzielać dyspensy.

Kan. 16. — § 1. Od praw unieważniających i uniezdalniających, jeżeli nie powiedziano wyraźnie inaczej, nie uwalnia żadna niewiadomość.

§ 2. Nie przypuszcza się ogólnie istnienia niewiadomości czy błędu co do prawa, kary, faktu własnego, lub notorycznego faktu cudzego; dopóki się nie udowodni czegoś przeciwnego, przypuszcza się nieznaną faktów cudzego nie notorycznego.

Kan. 17. — § 1. Prawa tłumaczy autentycznie prawodawca, jego następca i ten, komu oni zlecili władzę tłumaczenia.

§ 2. Tłumaczenie autentyczne, wyrażone na sposób prawa, ma taką moc jak samo prawo; a gdy wyrazy prawa, same w sobie pewne, wyjaśnia tylko, nie wymaga ogłoszenia i działa wstecz; gdy zacieśnia prawo lub rozciąga albo wyjaśnia wątpliwe, nie działa wstecz i wymaga ogłoszenia.

§ 3. Dane natomiast na sposób wyroku sądowego, lub reskryptu w poszczególnej sprawie, nie ma mocy prawa i wiąże jedynie osoby oraz dotyczy sprawy, dla których je wydano.

Kan. 18. — Prawa kościelne należy pojmować według własnego

priam verborum significationem in textu et contextu consideratam; quae si dubia et obscura manserit, ad locos Codicis parallelos, si qui sint, ad legis finem ac circumstantias et ad mentem legislatoris est recurrendum.

Can. 19. — Leges quae poenam statuunt, aut liberum iurium exercitium coarctant, aut exceptionem a lege continent, strictae subsunt interpretationi.

Can. 20. — Si certa de re desit expressum praescriptum legis sive generalis sive particularis, norma sumenda est, nisi agatur de poenis applicandis, a legibus latis in similibus; a generalibus iuris principiiis cum aequitate canonica servatis; a stylo et praxi Curiae Romanae; a communi constantique sententia doctorum.

Can. 21. — Leges latae ad praecavendum periculum generale, urgent, etiamsi in casu peculiari periculum non adsit.

Can. 22. — Lex posterior, a competenti auctoritate lata, obrogat priori, si id expresse edicat, aut sit illi directe contraria, aut totam de integro ordinet legis prioris materiam; sed firmo praescripto can. 6, n. 1, lex generalis nulatenus derogat locorum specialium et personarum singularium statutis, nisi aliud in ipsa expresse caveatur.

znaczenia wyrazów, rozważanych w tekście i kontekście; gdyby ono pozostało wątpliwe i niejasne, należy się odwołać do miejsc równoległych, jeżeli są jakie, do celu i okoliczności prawa oraz do myśli prawodawcy.

Kan. 19. — Prawa, które ustanawiają kary, ograniczają swobodne wykonywanie swoich uprawnień, albo stanowią wyjątek od prawa, podlegają tłumaczeniu ścisłemu.

Kan. 20 — Gdyby w pewnej sprawie brakowało wyraźnego przepisu prawa ogólnego czy partykularnego, to, jeżeliby nie chodziło o stosowanie kar, normę stanowić mają prawa wydane w wypadkach podobnych; ogólne zasady prawne z zachowaniem kanonicznej słuszności; styl i praktyka Kurii Rzymskiej; powszechna i stała opinia uczonych.

Kan. 21. — Prawa wydane dla zapobieżenia niebezpieczeństwa ogólnego obowiązują, chociażby w poszczególnym wypadku tego niebezpieczeństwa nie było.

Kan. 22. — Prawo późniejsze, wydane przez właściwą zwierzchność, zmienia wcześniejsze, jeżeli tak stanowi wyraźnie, jest mu wprost przeciwne, albo całą treść prawa wcześniejszego porządkuje od nowa; nie naruszając jednak przepisu kan. 6, n. 1, prawo ogólne, jeżeli w nim wyraźnie inaczej nie zastrzeżono, nigdy nie zmienia postanowień specjalnych dla poszczególnych miejsc i osób.

Can. 23. — In dubio revocatio legis praeexistentis non praesumitur, sed leges posteriores ad priores trahendae sunt et his, quantum fieri possit, concilandae.

Can. 24. — Praecepta, singulis data, eos quibus dantur, ubique urgent, sed iudicialiter urgeri nequeunt et cessant resolutio iure praecipientis, nisi per legitimum documentum aut coram duobus testibus imposita fuerint.

TITULUS II.

De consuetudine.

Can. 25. — Consuetudo in Ecclesia vim legis a consensu competentis Superioris ecclesiastici unice obtinet.

Can. 26. — Communitas quae legis ecclesiasticae saltem recipiendae capax est, potest consuetudinem inducere quae vim legis obtineat.

Can. 27. — § 1. Iuri divino sive naturali sive positivo nulla consuetudo potest aliquatenus derogare; sed neque iuri ecclesiastico praeiudicium affert, nisi fuerit rationabilis et legitime per annos quadraginta continuos et completos praescripta; contra legem vero ecclesiasticam quae clausulam continet futuras consuetudines prohibentem, sola praescribere po-

Kan. 23. — W wątpliwości nie przypuszcza się odwołania prawa dawniejszego, lecz prawa późniejsze należy łączyć z dawnymi i, o ile to możliwe, uzgadniać.

Kan. 24. — Przepisy dane jednostkom obowiązują wszędzie tych, dla których zostały wydane, ale nie mogą być dochodzone na drodze sądowej i ustają z chwilą ustania uprawnień rozkazodawcy, chyba że zostały nakazane przez prawny dokument albo w obecności dwóch świadków.

TYTUŁ II.

O zwyczaju.

Kan. 25. — Zwyczaj w Kościele zyskuje moc prawną jedynie przez zgodę właściwego przełożonego kościelnego.

Kan. 26. — Społeczność, która jest zdolna przynajmniej do przyjęcia prawa kościelnego, może wytworzyć zwyczaj, któryby otrzymał moc prawną.

Kan. 27. — § 1. Żaden zwyczaj nie może w niczym odmieniać prawa bożego, naturalnego czy pozytywnego; nie może także uwłaczać prawu kościelnemu, chyba że jest rozumny i prawnie przedawniony przez okres lat czterdziestu ciągłych i pełnych; prawo kościelne natomiast, które obwarowane jest klauzulą zabraniającą przyszłych zwyczajów, może jedynie prze-

test rationabilis consuetudo centenaria aut immemorabilis.

§ 2. Consuetudo quae in iure expresse reprobatur, non est rationabilis.

Can. 28. — Consuetudo praeter legem, quae scienter a communitate cum animo se obligandi servata sit, legem inducit, si pariter fuerit rationabilis et legitime per anons quadraginta continuos et completos praescripta.

Can. 29. — Consuetudo est optima legum interpres.

Can. 30. — Firmo praescripto can. 5, consuetudo contra legem vel praeter legem per contrariam consuetudinem aut legem revocatur; sed, nisi expressam de iisdem mentionem fecerit, lex non revocat consuetudines centenarias aut immemorabiles, nec lex generalis consuetudines particulares.

TITULUS III.

De temporis supputatione.

Can. 31. — Salvis legibus liturgicis, tempus, nisi aliud expresse caveatur, supputetur ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 32. — § 1. Dies constat 24 horis continuo supputandis a media nocte, hebdomada 7 diebus.

§ 2. In iure nomine mens venit spatium 30, anni vero spa-

dawnić zwyczaj stuletni albo niepamiętny.

§ 2. Zwyczaj wyraźnie w prawie potępiony nie jest rozumny.

Kan. 28. — Zwyczaj obok prawa, który przez społeczność zachowywany jest świadomie i z wolą zobowiązania siebie, zaprowadza prawo, jeżeli również jest rozumny i przedawniony przez okres lat czterdziestu ciągłych i pełnych.

Kan. 29. — Zwyczaj jest najlepszym tłumaczem prawa.

Kan. 30. — Nie naruszając kan. 5, zwyczaj przeciw lub obok prawa odwołuje się przez zwyczaj lub prawo przeciwne; prawo jednak, jeżeli nie ma o nich wyraźnej wzmianki, nie odwołuje zwyczajów stuletnich lub niepamiętnych, ani prawo ogólne zwyczajów partykularnych.

TYTUŁ III.

O rachubie czasu.

Kan. 31. — Nie naruszając praw liturgicznych, jeżeli inaczej wyraźnie nie zastrzeżono, czas liczy się stosownie do kanonów, które następują.

Kan. 32. — § 1. Dzień składa się z 24 godzin ciągłych, licząc od północy, tydzień — z dni siedmiu.

§ 2. Pod mianem miesiąca w

tium 365 dierum, nisi mensis et annus dicantur sumendi prout sunt in calendario.

Can. 33. § 1. In supputandis horis diei standum est communi loci usui; sed in privata Missae celebratione, in privata horarum canonicarum recitatione, in sacra communione recipienda et in ieiunii vel abstinentiae lege servanda, licet alia sit usualis loci supputatio, potest quis sequi loci tempus aut locale sive verum sive medium, aut legale sive regionale sive aliud extraordinarium.

§ 2. Quod attinet ad tempus urgendi contractuum obligationes, servetur, nisi aliter expressa pactio conventum fuerit, praescriptum iuris civilis in territorio vigentis.

Can. 34. — § 1. Si mensis et annus designentur proprio nomine vel aequivalenter, ex gr. *in mense februario, anno proximo futuro*, sumantur prout sunt in calendario.

§ 2. Si terminus a quo nec explicitate nec implicite assignetur, ex gr., *suspensio a Missae celebratione per mensem aut duos annos, tres in anno vacationum menses, etc.*, tempus supputetur de momento ad momentum; et si tempus sit continuum, ut in alato primo exemplo, menses et

prawie przypada okres 30, pod mianem zaś roku okres 365 dni, chyba że miesiąc i rok nakazano brać, jak w kalendarzu.

Kan. 33. — § 1. Przy liczeniu godzin dnia, należy trzymać się miejscowego ogólnego zwyczaju; przy prywatnym jednak odprawianiu Mszy, przy prywatnym odmawianiu godzin kanonicznych, przy przyjmowaniu komunii św. oraz zachowaniu postu ilościowego i jakościowego, chociażby w użyciu była inna miejscowa rachuba, wolno każdemu trzymać się czasu miejscowego, rzeczywistego, średniego lub innego nadzwyczajnego, albo urzędowego, regionalnego lub innego nadzwyczajnego.

§ 2. Gdy chodzi o czas, w którym obowiązują zawarte umowy, należy zachować, jeżeli nie postanowiono inaczej w umowie, przepisy prawa cywilnego, obowiązującego na danym terytorium.

Kan. 34. — § 1. Jeżeli miesiąc i rok są oznaczone imieniem własnym lub równoznacznie, np. w *lutym, w roku przyszłym*, należy je brać tak, jak są w kalendarzu.

§ 2. Jeżeli termin a quo ani wprost ani ubocznie nie jestznaczony, np. *suspensio od odprawiania Mszy przez miesiąc lub dwa lata, trzy miesiące w roku wakacji itd.*, czas należy liczyć od chwili do chwili; a gdy czas jest ciągły, jak w przytoczonym pierwszym przykładzie, miesiące i lata należy brać tak, jak są

anni sumantur prout sunt in calendario; si intermissum, hebdomada intelligatur 7 dierum, mensis 30, annus 365.

§ 3. Si tempus constet uno vel pluribus mensibus aut annis, una vel pluribus hebdomadibus aut tandem pluribus diebus, et terminus a quo explicite vel implicite assignetur:

1-o. Menses et anni sumantur prout sunt in calendario;

2-o. Si terminus a quo coincidat cum initio diei, ex. gr., *duo vacationum menses a die 15 augusti*, primus dies ad explendam numerationem computetur et tempus finiatur incipiente ultimo die eiusdem numeri;

3-o. Si terminus a quo non coincidat cum initio diei, ex. gr., *decimus quartus aetatis annus, annus novitiatus, octiduum a vacatione sedis episcopalis, descendium ad appellandum, etc.*, primus dies ne computetur et tempus finiatur expleto ultimo die eiusdem numeri;

4-o. Quod si mensis die eiusdem numeri careat, ex. gr., *unus mensis a die 30 ianuarii*, tunc pro diverso casu tempus finiatur incipiente vel expleto ultimo die mensis;

5-o. Si agatur de actibus eiusdem generis statis temporibus renovandis, ex. gr., *triennium ad professionem perpetuam post temporariam, triennium aliudve temporis spatium ad electionem renovandam, etc.*, tempus finitur eodem recurrente die quo incipit, sed novus actus per integrum eundem diem poni potest.

w kalendarzu; jeżeli przerywany, przez tydzień należy rozumieć 7 dni, przez miesiąc — 30, przez rok — 365.

§ 3. Jeżeli czas składa się z jednego lub wielu miesięcy albo lat, z jednego lub wielu tygodni albo wreszcie z wielu dni, a termin a quo wyraźnie lub niewyraźnie został zaznaczony:

1-o. Miesiące i lata należy brać tak, jak są w kalendarzu;

2-o. Jeżeli termin a quo zbiega się z początkiem dnia, np. *dwie miesiące wakacji od dnia 15 sierpnia*, pierwszy dzień liczy się do wykonania rachuby i czas kończy się na początku ostatniego dnia tejże liczby;

3-o. Jeżeli termin a quo nie zbiega się z początkiem dnia, np. *wiek lat, czterdziestu, rok nowicjatu, osiem dni od opróżnienia stolicy biskupiej, dziesięć dni na apelację, itp.*, pierwszy dzień nie wlicza się i czas się kończy po upływie ostatniego dnia tejże liczby;

4-o. Gdyby miesiąc nie miał dnia tej liczby, np. *jeden miesiąc od dnia 30 stycznia*, wtedy odpowiednio do wypadku czas kończy się na początku lub na końcu ostatniego dnia miesiąca;

5-o. Jeżeli mowa o czynnościach tego samego rodzaju, które trzeba odnawiać w stałych terminach, np. *trzy lata do wyczyszczenia profesji po upływie czasy do nowych wyborów itd.*, czas się kończy z upływem tego samego dnia, w którym się zaczął, nowy akt jednak może

Can. 35. — *Tempus utile* illud intelligitur quod pro exercitio aut prosecutione sui iuris ita alicui competit ut ignorantia aut agere non valenti non currat; *continnuum*, quod nullam patitur interruptionem.

być dokonany w ciągu całego dnia.

Kan. 35. — Przez czas użyteczny rozumie się taki, który przy wykonywaniu lub dochodzeniu swego prawa tak komuś przynależy, że nie płynie dla tego, kto o nim nie wie lub działać nie może; *ciągły*, gdy nie znosi żadnej przerwy.

TITULUS IV.

De rescriptis.

Can. 36. — § 1. Rescripta tum Sedis Apostolicae tum aliorum Ordinariorum impetrari libere possunt ab omnibus qui expresse non prohibentur.

§ 2. Gratiae et dispensationes omne genus a Sede Apostolica concessae etiam censura irretitis validae sunt, salvo praescripto can. 2265, § 2, 2275, n. 3, 2283.

Can. 37. — Rescriptum impetrari potest pro alio etiam praeter eius assensum; et licet ipse possit gratia per rescriptum concessa non uti, rescriptum tamen valet ante eius acceptationem, nisi aliud ex appositis clausulis appareat.

Can. 38. — Rescripta quibus gratia conceditur sine interiecto exsecutore, effectum habent a momento quo datae sunt litterae; cetera a tempore executionis.

Can. 39. — Conditiones in rescriptis tunc tantum essentiales pro

TYTUL IV.

O reskryptach.

Kan. 36. — § 1. Wszyscy, którzy się tego wyraźnie nie zabrania, mogą swobodnie zyskiwać reskrypty zarówno Stolicy Ap., jak innych ordynariuszów.

§ 2. Nie naruszając przepisu kan. 2265, § 2, 2275, n. 3, 2283, wszelkiego rodzaju łaski i dyspensy, udzielone przez Stolicę Ap., nawet obłożonym cenzurą, są ważne.

Kan. 37. — Reskrypt można zyskać dla kogoś innego, nawet bez jego wiedzy; a chociaż mógłby on z łaski udzielonej przez reskrypt nie korzystać, reskrypt jest jednak ważny przed jego przyjęciem, chyba że okazało by się co innego z załączonych klauzul.

Kan. 38. — Reskrypty, przez które udziela się łaski bez wykonawcy, osiągają skutek od chwili wystawienia pisma; inne od czasu wykonania.

Kan. 39. — Wtedy tylko warunki uważa się za istotne do

eorundem validitate censentur, cum per particulas *si, dummodo, vel aliam eiusdem significationis* exprimuntur.

Can. 40. — In omnibus rescriptis subintelligenda est, etsi non expressa, conditio: *Si preces veritate nitantur, salvo praescripto* can. 45, 1054.

Can. 41. — In rescriptis quorum nullus est exsecutor, preces veritate nitantur oportet tempore quo rescriptum datum est; in ceteris tempore executionis.

Can. 42. — § 1. Reticentia veri, seu subreptio, in precibus non obstat quominus rescriptum vim habeat ratumque sit, dummodo expressa fuerint quae de stylo Curiae sunt ad validitatem exprimenda.

§ 2. Nec obstat expositio falsi, seu obreptio, dummodo vel unica causa proposita vel ex pluribus propositis una saltem motiva vera sit.

§ 3. Vitium obreptionis vel subreptionis in una tantum parte rescripti aliam non infirmat, si una simul plures gratiae per rescriptum concedantur.

